Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



220.

In codicibus Mss. per errorem amanuensium legebatur annus post
cedens MCCLVII, quem etiam plurimi descripserunt. Sed tum Nona
Aprilis conveniebant in feriam quintam, non sextam; neque feria quar
ta cadebat in vigiliam S. Ambrosii, seu diem tertium Aprilis; neque pos
simus abobitu dies erat Sabbatum; neque tertius, quo sepultura tradita
fuit, incidebat in Dominicam, quae omnia in Vita signantur.

83) Vide in primo Add. proxime superiorem. Dein pauca ad
vita ex Vita B. Juliana ab Auctore Anonymo coevo descripta, et
ab Henschenio in Actis SS. ad 5 Aprilis edita. (Lib. II, c. I: Domus
Montis-Cornelii -- non longe a Leodio distans a civibus Leodien-
sibus ob hoc, ut dicitur, fuit specialiter instaurata, ut cives Leodien-
ses utriusque sexus, qui lepra contagium incurrerent, ibidem re-
operent mansionem, ipsius domus facultatibus sustentandi. In
qua pariter viri et mulieres, sani et infirmi, admittuntur, ut
per personas sanas utriusque sexus, diversis et opportunis of-
ficiis deputatas, necessitati infirmorum similiter utriusque
sexus congrue ministretur: utrique vero sexui suus habitus
deputatus est. Viri autem, tam sani, quam egroti, Fratres,
mulieres vero, tam sanae, quam infirmae, vocantur So-
rores. Sororibus praeficitur Priorissa, cui secundum Religionis
suae ordinem tenentur obedire. Super omnes tamen Fratres et
Sorores domus, constituitur Prior, cui obediendum est ab om-
nibus, ut Praelato. Sunt autem in dicta domo cum Priore aliquanti
Fratres Clerici et Sacerdotes, a quibus divina officia celebran-
tur. --- In hac igitur domo -- Juliana summo Regi infantiae et
innocentiae primordia dedicavit. -- Post obitum vero Sapientiae
-- constituta est domus antedicta, non sine divina providen-
tia, Priorissa. --- ~~Est~~: Tempore juventutis suae -- apparebat ei
luna in suo splendore, cum aliquantula tamen sui spharici cor-
poris fractione: quam cum multo tempore conspexisset, mira-
batur multum, ignorans, quid illa portenderet. --- Tunc reve-
lavit ei Christus, in luna praesentem Ecclesiam; in luna autem
fractione, defectum unius solennitatis in Ecclesia figurari, quae
adhuc volebat in terris a suis fidelibus celebrari. -- injunxit
eidem, ut hanc solennitatem ipsa inchoaret, et eam debere
fieri, mundo primitus nuntiaret. -- Igitur cum a tempore visi-
onis predictae, plusquam viginti annorum curricula pertran-
issent -- primum cuncta per ordinem patefecit viro vitae vene-
rabili, Domino Joanni de Lanfenna, Ecclesiae S. Martini Leodiensis
Canonico. --- Expositis igitur omnibus supradictis Domino
Jacobo de Troja, tunc Archidiacono Leodiensis Ecclesiae, viro
utique in lege divina plurimum erudito et sanctitatis meritis
decorato. Dehinc a Priore simoniace intruso, sibique infenso
fugiens in urbe Leodiensi tribus mensibus hospitata, illoautem
per Episcopum deposito revesa; sed Episcopo defuncto, et Priore
simoniaco per vim restituto, novam persecutionem passa, re-
cessit Christi virgo cum aliquantis sororibus de domo erasse-
ratinae Montis-Cornelii. -- Mansit autem primitus in Soberti-
monte, postea in Valle benedicta, deinde in Valle beatae Mariae,
domibus monialium Cistercienses Ordinis. Sed praedictus -- Jna
cum Namurcum venissent -- cum pauperibus Beghinis ac-

de obitu illius et sepultura.

(Post Urbanum IV. Pap.)